



## Auditores.

**S**I quisquam ob omni ævo præ cæteris mortali-  
libus insignem felicitatis gloriam reportavit,  
**Q. METELLUS** certè communi titulo ob res  
in Macedoniâ strenuè gestas, dictus Macedo-  
nicus, ad istum vitæ beatioris apicem emerfit, ut Vellejo  
tèste nullius gentis, ætatis aut ordinis homo cum eodem  
comparari unquam potuerit. Maxima vero prosperitatis  
pars in eo videbatur absolvi, **QUOD MORTUI LECTUM QUATU-**  
**OR FILII PRO ROSTRIS SUSTULISSENT:** claro indicio, amænas  
tum apparere exequias, cum superstites Filii, paternam  
præstantiam ultimo splendore prosequerentur. Ast parum  
abest, quin Metello feliciorum publicâ hac oratione depræ-  
dicem, cujus gratia splendidissimam Procerum ac Erudito-  
rum hominum coronam novimus convenisse. **VIR ENIM**  
**PER QUADRAGINTA ANNOS DE GYMNASIO NOSTRO, AC PRO-**  
**INDE NON MINUS DE SINGULIS REIP. ORDINIBUS BENE MEREN-**  
**TISSIMUS, DN. ELIAS WEISIUS,** eo deduxit laboriosis-  
simæ suæ vitæ curriculum, ut, postquam per varia senectutis  
incommoda pristinis difficultatibus sufficere non pos-  
set, in apertâ hac solennitate gloriosum **EMERITI** chara-

A

ete-